



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Preciosa || Hiero-||theca || Dvodecim || Vnionibvs ||
Colo-||niensis Historiae || Exornata**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1634

VIII. Lapis S. Brvno Berillus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9564

A PARS CATALOGI BIBLIOTHECÆ
S. HILDEBALDI.

- H**abet Ermbaldus ad suum ministerium. Euangelium cum argento scriptum
auro & lapidibus paratum.
Alium similiter plane scriptum, & auro & lapidibus ornatum.
Sacramentorum Gregorij cum auro scriptum. Lectionarium 1.
Librum S. Augustini in quo iacebant perula aurea.
- B** De Libris Samuelis. Psalterium 1. Antiphonarium 1. Homilias vnam.
De Libris Langolfs Librum comiti. 1. Sacramentorum volum. 1.
Dominus Episcopus in sua Capella. Euangelium 1. Lectionarium 1. parabolas
Salomonis. Hilduin Abba. Lectionarium 1.
Item Ermbaldus Euangelium 1. Lectionarium 1.
Dedit Episcopus sorori sue Librum sacramentorum cum Lectionario. Antiphonarium 1. Filio sororis sue Psalterium 1. Habet Engilolphus Comes Lectionarium 1. Omilias Gregorij 7. Habet ipse sacramentorum cum lectionario 1. qui fuit Emundi. Voso lectionarium 1. Baldericus Episcop. Missale cum lectionario vol. 1. Hildisvint parabolam Salomonis. Baldrih librum Prosperi de actiua & contemplatiua. Ofman Missale cum lectionario & vita Patrum.
- C** Snebrat lectionarium cum Euangeliis. Rathlei librum Pompeij. * Pöpeium
Vvaldolf apologeticum Gregorij Nazianzeni. Thitmar expositionem Gregorij in Iob primam partem. Helmbald frater Episcop. lectionarium 1. antephonarium 1. Folcari Missalem cum lectionario 1. Rodolff Missalem 1.
Engilhelm regum. Vxor VVerinbaldi, lectionarium. Gundolf homil.
Hartger sacramentorum.

D VIII. Lapis



Berillus.

Filius Henrici Magni Germanus Otonis
BRVNO ius gladij primus in vrbe tenet.


ex V Vilh. Salsmanno. no 965.

Insignia

G

Claruit sub
Otonis Ma-
gno fratre
suo obiit an.

Insignia nigri equi à P. Radero demonstrantur esse Ottonis Magni fratris S. Brunonis & Henrici eorum Patris, quia tamen in archiuo S. Panthaleonis inueni Ludolpho B. Brunonis auo appingi scutum cum trabibus, sed sine corona & posterioribus seculis B. Brunoni cruce cum trabibus & corona, eapropter hæc uti hodie notiora posui. Liceat Lectori qua magis genuina existimauerit substituere. U



S. Brunonis **I** Liadem Homeri nuce potius conparentes. cluserim, quam magni enumerem
 * al. Brunie- BRUNONIS * elogia. De gēte hic profis. Baron. ad dijt Saxonum, è quibus non pauci honorati fuere imperialibus fascesibus, vt an. 965. n. l. vetustissima S. Panthaleonis produnt monumenta frater Germanus Ottonis M. VVitichin. Dithm. &c. Adamus tamen Brem. lapsu memoriæ ipsum vocat Ottonis M. filium. Patrem nactus est Henricum Aucupem Imperatorem matrem Mechtildem filiam Theoderici Comitis in occidentali regione, vt habet mscr. vita Mechtildis antiquissimus, vel in Oldenburg, vt asserit Gobel. vel in Ringelheim. vt Crantz. & Thrit. in Chron. Hirschhaug. ad an. 921. (vbi fundatorem Abbatie Ringelheimensis appellat, quæ ab Imado instituta fuit, auctar histor. Sancti Engelberti pag. 363.) quamuis Sigebertus ad ann 937. Theodericum Saxonum Regem indigetet. Vtrum Brunonis auunculi fuerint Reginbern, Immadus &c. an vero aui Materni fratres, dubium esse tradidi in auct. hist. S. Engelb. pag. 364. Auus Maternus fuit Theodericus, de quo iam diximus, aui Materna Reinhilda (vnde au⁹ & aui. fortè Renelhem seu Ringelheim appellatur) Dithm. lib. 1. quam mscr. vita Mechtildis; appellat Danorum Frisonumque Regis filiam. Fabritius Maternus verò in reb. Misn. Stemmatum VVidekind. stirpe IV. filiam tradit Comitis proauus & Merspurrij. licet sibi contrarius in lib. 4. Orig. Saxon. velit erroneè eam proauia. nuptam non Theoderico, sed Walperto parenti. Proauum Maternum Brunoni assignat Fabrit. lib. 4. Orig. Saxon. Walbertum, cui nupta fuerit Altbur-

- A** Altburga seu Adelburga filia vnica Comitis de Lesmona, quæ arcem si-
bi cognominem Altburgum ædificarit. Verum Theoderici mater non
Altburga fuit, sed Mechtildis, quæ postea sacerdos magna Heruordia
consecrata fuit, & præfecta (vt constat ex vita msc. Mechtild.) in Monasterio
Heruordienfi quod à Waldtgero Saxone fuit ædificatū in loco vbi se
B. Virgo dederat conspiciendam, vt habet msc. VV algeri vita. Cui autem Auus Pa-
ipfa prius, quam religiosum amplexaretur statum, fuerit nupta, non ha-
beo certum, ideoque nihil certi hic assero. Hoc noto, Walbertum ab proauus
authoribus indigitari, qui Widikindi M. ex Wicberto filio nepos Paternus.
cœptum à parente Wicberto cœnobium VVildeshufanum tribus
B Brema discretum horis absoluit ac perfecit. Ita Fabr. Auus Brunonis B. Bruno
paternus fuit Otto Dux M. ita Dith. VVitich. Adam. Albert. Proauus Pa-
ternus Ludolphus &c. Ipse Bruno patruus magnus fuit S. Geronis B. Geronis
Archipræsulis Colonienfis (vt in Gerone ostendi) non verò ipsius frater, vt & patruus
volunt Baron, ad an. 965. n. vlt. 9. & Bzouius ibidem. Patruus item maxi-
mus, seu frater proauis fuit Brunonis Pontificis M. Gregorij V. nuncupa-
ti. Ipsiusmet verò Brunonis Archiepiscopi Colonienfis patruus fuit Papæ.
BRVNO (à quo nomen etiam teste Dithmaro obtinuit) Magnus ille Dux
affinis Ludouici Regis Germaniæ filij (vt bene sentit Crantz. & ostenditur ex Bruno Pa-
tempore, quo vterque vixit) non autem Ludouici Arnulphi Imperatoris fi-
C lij, vt erroneè tradunt VVitichind. Albert. Stad. &c. ad ann. 917. cum Brunonis
temporis illis repugnet ratio. Nam Henricus Auceps Ottonis Ducis miles.
nepos iam regebat imperium anno 919. Ludouicus verò Arnulphi fi-
lius prius vixit anno 900. quomodo igitur ex filia auus foret Henrici
Aucupis Brunonis vero nostri patruus Bruno anno 879. 4. Non. Febr.
die Purificationis B. Mariæ Virginis Ludouici (Balbi) auspicijs, Dano-
rum genti Hamburgum, albi transmissio, crudeliter euertenti, cum vali-
do exercitu, paterno excitatus exemplo, ad Ebbersdorffum ditiois NB. inges &
D Luneburgicæ, vbi postea cœnobium virginum conditum est, occurrit, inaudita cla-
quo inclinanti Saxonum fortunæ succurreret. Fit congressus, & atrox v-
des Germania
trimque tenet prælium; sed Saxonibus perniciosum. Repentina enim qua tamen
inundationis tempestate circumfusi, nec pugnandi locum, nec fugien-
di potestatem habuerunt. Scribunt nonnulli, in quo loco pugnatum oppressa, ergo
esse supra glaciem paludum gelu concretarum, & in ipsius pugna ardo-
re, rupta glacie omnem exercitum submersum, nec virtutē hostium ce-
cidisse, sed iniquitate fatorum. Perijt igitur BRVNO cum copijs selectis-
simis, tribus Ducibus (è quibus refert *Dancmarum Fabric. lib. 2. Orig. *Tæcmarum
Saxon.

Saxon, Brunonis fratrem, ut ipsi placet) ac duodecim Comitibus, quin
 & multi ea in clade desiderati Præsules quos inter numerantur Erhul- A
 * *Erlulphus* phus, * *Verdensis*, Ditericus * *Mindensis*, Marquardus Hildesien-
 * *Theodericus* phus, * *Verdensis*, Ditericus * *Mindensis*, Marquardus Hildesien-
 * *Draco* Drogo * *Osnaburgicus*, Lotharius Paderbornensis (pro quo erroneè af-
 * *Anfridus* ferunt Chronica Mindensia Dudonem Episcopum Paderbornensem,
 * *mscr. Mein.* qui prius vixit circa ann. 940. 950 ut mscr. Mein. tradit, non vero
 circa an. 879) Aufredus * *Traiectensis* (non Anfridus, qui obiit 1010. *)
 Episcopi, quibus addunt Chron. Mindens. Albertum Hanenbergensem
 Episcopum. Quamuis Meibom. in notis ad *VVitichind.* putet commenti-
 tium esse tot præsulum interitum, cum à *Witichind.* lib. 1. *Dithm.* lib. 2. B
 Adam. Brem. lib. 1. c. 34. Albert. Stad. 876. annal Fuld. 880. duo tantum
 referantur occisi præsules, Thiotrih & Marckward. Attamen & catalo-
 gus Episcoporum Hildesien- suum eo in prælio, scribit periisse; &
 catalogus Episcoporum Mindensium, omnes hos enumerat Pontifices;
 Videatur *Bruschius* &c. Cæteri cum nominibus interiere. Nec enim cor-
 pora in vnum tumulum in litus congesta, propter tabem & tumorem
 poterant dignosci. Attamen hi recensentur 12. Comites ab annalibus
 Fuldensibus ad ann. 880. BRVNO Dux & frater Reginae (Rex autem
 imperabat Ludouicus) deinde *VVichmannus*, tres Bardones, Thio- C
 terius, Gericus, Liutolfus, Folcivartus, Auan, Thiotricus, Liutha-
 rius; præter quos & innumerantur 18. satellites regij occubuisse, quo-
 rum hæc subiiciuntur nomina; Aderam, Alfacuini, Addasta, Aida,
 Alcer, Aida, Dudo, Bodo, VVal, Adalvini, VVerinhart, Thiotrich, Ail-
 vart; denique innumerati sunt capti: Hostes magno inhumanitatis indi-
 cio, sepultura neminem sunt dignitati. Fuit hæc vna ex maximis Germa-
 niæ cladibus, quæ non tantum Saxoniam, sed Galliam, Angliam & Germa-
 niæ perquam funesta accidit. Coloniam, vicinasque ciuitates incende-
 re, quid multa? nec sexui, nec ordini parcentes, magistratus cum ciui- D
 bus, Episcopos cum vniuerso grege obruerunt; Ecclesias illustres inflama-
 mauere. Tandem in Frisiam pagum Nordvige vndique mari circumda-
 tum vbi descenderunt, ipsos incolæ à doctore suo S. Remberto Bremē-
 sium Archiepiscopo, qui in preces sese effuderat, animati, ita exceperunt,
 ut furentes hostium copias aggressi, cæcis decies millenis, trecentis, se-
 ptem & septuaginta, reliquos in fugam compulerint, qui fugæ præsidium,
 quæsituri ab aquis maxima. ex parte suffocarentur. Ipse S. Præsul Rem-
 bertus ore omnium celebris, locum, in quo submissis genibus orauerat,
 perpetuo cespitis virore mirificauit. *Hæc partim ex Dithm. lib. 2. catal. Episc.
 Mindens.*

Mindens. Hildesiens. partim ex Alberto Stad. ao ann. 870. Crantz. Fabr. lib. 2. orig.
A *Saxon* excerpti. Ex his allatis constat errare. i. Crantz. qui sub annum
 886. cladem eam contigisse scribit, cum id ætatis non Ludouicus, sub
 quo scribit Dith. accidisse, vixerit, sed Carolus Crassus imperium rexe- *Ostēditur*
 rit. Deinde falli & catalogum Episcoporum Mindensium, qui ante 830. *tēpus ma-*
 accidisse insinuat, & Fab. qui incertum vult cladis allatæ annum. Nam *gnæ cladis*
 constat ex *msc. Bernwardi vita apud P. Brovv.* Macwardum V. Episcopum *Germano-*
 Hildesiensium, qui prælio interfuit, quatuor præfuisse annis, & succes- *rum.*
 sisse B. Alfrido Abbatæ Essendiensis fundatori, qui annos duodecim
 cum Lutberto Archiepiscopo Moguntino sedit. Lutbertus autem suc-
B cessit Carolo S. Pipini Regis Aquitaniæ filio, & Ludovici Germaniæ
 Regis fratrueli ad 2. Non. Ian. anno 863. defuncto, vt tradit P. Serrarius
ex mscr. in sua Moguntia. Vnde cum B. Alfridus obierit anno 12. Lutberti ** Catalogus*
 (qui erat ab obitu Caroli anno 863 sepulti, annus 875. *) & Marcwar- *Sanctorum*
 dus B. Alfridi successor. *Vt habet Ecbertus Corbeiensis Monachus in catal. Episc. Germania*
Hildesiens. quatuor tantum annis (qui ad 875. adiecti conficiunt annum 877. *ex alia*
 879.) Ecclesiam Hildesensem rexerit, consequitur cladis huius, quæ *arâ. ita &*
 sub Ludouico contigit, annum esse 870. sub cuius initium adhuc Lu- *Cratēpol. in*
 douicus Balbus vixit & ipsum prælium ad 4. Non. Feb. est commissum, *Episc. Hildes.*
C licet sub anni finem ex multorum sententia extincto Ludouico surro-
 gatus in regni administratione fuerit Carolus Crassus. Deinde eundem
 annum 879. ostendit Wicbertus Marcwardi successor anno 880. in
 Episcopum Hildesensem cooptatus.

Verum vt ad Sanctum reuertamur BRVNONEM, ipse BRVNONI patruo non arma
 cognominis, ne similibus calamitatum procellis aut indueretur aut ab-
 riperetur, non arma tractare satēgit, sed libros & musas colere. Ma-
 gistros igitur Baldericum Episcopum Ultraiectensem quarto ætatis amat &
 suæ anno, deinde Israelem Episcopum Scotum, virum doctissimum au-
 discit. *B. Bruno*
D diuit, in quorum contubernio cum prima Grammatices rudimenta *Vita S. Bru-*
 mediocriter percepisset, Prudētium Poetam Christianum legere à præ- *nonis apud*
 ceptoribus iussus est; cuius carmen adeo illi arrisit, vt auctoris lectione *Sur. Baron.*
 satiari non posset. Reliquorum præterea poetarum, historicorum, phi- *n. 3. 953.*
 losophorum ac sacrarum literarum lectione non minus delectabatur.
 Nullum denique erat studiorum liberalium genus vel in Latina vel
 Græca lingua, quod ipsius captum excederet; adeo in mansuetiorum
 Musarum ac Philosophiæ studio profecerat, vt omnibus faciliè præripe-
 ret palmam, vt testis est Roswitha poetria ita canens:

At Christus patris sapientia vera perennis
 Tyronem refouendo suum clementius istum
 Ipsi dona dedit tantæ præclara Sophiæ,
 Quod non est illo penitus sapientior vllus
 Inter mortales fragilis mundi sapientes.

A

Visio iudicij qua docemur studijs pietatē iungere.

Veritas visionis iudicati Bruno- nis Philo- sopheri.

S BRVNO
 Abbas.

Summo Archiepiscopus Colonienſis in Philoſophiam accenſus deſiderio & ſtudio, Philoſophorum atque Oratorum libros aſſidue voluebat; Vnde in iudicio quidem diuino, à ſummo rerum omnium Indi- ce, vnà cum Poppone Imperatoris Ottonis Sacellano (cui extra ſe ra- pro hanc Deus obiecerat viſionem) viſus eſt accuſari, ſed ſupplex S. BRV- no à doctore gentium S. Apoſtolo Paulo cauſam pro ipſo dicente de- ſenſus, ſedi ſuæ fuit reſtitutus: Poppo verò V Vilhelmi Comitis Germa- nus, verbis caſtigatus ac Diuorum abſolutus deprecatione, tridui ſpa- tium, quo ad designatam ſibi in cælis ſedem præpararet, obtinuit: hiſq; dimiſſus verbis (poſt tres dies ad me veniens hanc, quam ego nunc tibi demonſtro, cathedram poſſidebis) ad Cæſaream vocatus Maieſtatem, omnia ex ordine ei aperuit Poppo, qui animo abſtractus atque in mon- tem ductus præcelſum, ampliſſimam viderit ciuitatem, in eaque lautif- ſima ædificia, inde laborioſo gradu altiſſimam conſcenderit turrin, in qua Chriſtam cum omnibus Sanctis pro tribunali ſedentem compere- rit, vbi ipſius & BRVNONIS Archipræſulis Colonienſis ſtudio Philo- ſophicum eo, quo iam retulimus, modo fuerit diſcuſſum. Et ne Impe- rator vanam hanc exiſtimaret viſionem, aut ludificationem ſomni aut dæmonis ludibrium, à futuro eam confirmauit euentu. Prædixit enim fore, vt poſt triduum ipſemet Poppo fatiſ concederet; ſicut triduo ela- pſo, vita fuit deſunctus, interim gratias Cæſari pro omnibus beneficijs egit, & deſectis ſacerdoti animi ſui vulneribus, ac delictis; omnibuſque venia iniuriarum aliquando ipſi irrogatarum facta, abſterſit dolorem D maximè Cæſareo animo. Hæc Dithm. lib. 2. Fruſtrà igitur & ſine funda- mento Meibom. in VVitich. annal. lib. 1. & Fabric. in orig. Saxon. hanc hiſto- riam explodunt.

S. BRVNO noſter, antequam Archiepiſcopatu Colonienſi præficere- tur, Ebregiſo Abbati à Luitherij nepotiſ ſui obitu in Midonenſem vo- cato Eccleſiam ſurrogatus, quadriennium, vt volunt Lauriſh. Chron. Monasterium rexit Lauriſhamenſe, ſed quia vt Abbas concilio Virdu- nenſi anno 947. interfuit, minimum ſexennium præfuit, vſque ad ann. 953. quo creatus Archiepiſc. Inter alia liberalitatis munera monaſterio ſuo

A suo dedit argenteum thuribulum magnum ac duos argenteos nolarum circulos; triginta quoque hubas *, vt inquit Chron. Lauisham. ad ann. 921. in villis Brunagad, Mumenheim, Grioz, Walahon, Bernesheim & Moncheim in pago Elifaza sitis, S. Nazario à fratre suo Ottone obtinuit atque impetrauit. * mansos

Mortuo deinde Wigfrido *, sub annum 953. (vt tradunt Regin Sigefrid. Dithm. lib. 2.) in Archiepiscopatu Colonienfi, imperio summis in periculis propter Archiepiscopi Moguntini Friderici & Ludolfi Imperatoris filij rebellionem) versante, succenturiatus, Hademarium Fuldensem Abbatem in urbem destinauit ad Agapetum II. Pontificem Romanum, à quo, misso pallio cum reliquijs ex corpore S. Panthaleonis donatis fuit confirmatus. Nihil potius in votis habuit, quam omnia boni Pastoris officia à Seruatore nostro præscripta opere ipso explere. Vnde in curia Romana consors est appellatus & conciujs Apostolorum, princeps & propagator Domini præceptorum. Gregem sibi commissum dilexit, & per baculû disciplinæ multos ab errore eripuit, quosdam collationibus assiduæ disputationis ad meliora ducens, quosdam placidè maturitate doctrinæ, desiderio sanctæ conuersationis accendebat. In sermone erat mitis in doctrina submissus, malorum acerrimus destructor, & veritatis studiosus assertor, abiectis blandus, superbis seuerus, quosdam infra septa gregis suscipiens ex lupis oues effecit, alios extra septa enutriebat, & quicquid alios decebat, ipse primum implebat. Literarum amator, sacerdotes vt literis quoque instruerentur, elaborabat. Quos studiosos esse cognouerat, donandis libris & promittendis honoribus solebat exstimulare. Hic Rex lætissimus, considerans virum omnium virtutum decoris auctum, in quo non dubitaret secundum animam quiescere & cum quo auderet cum omni confidentia partiri onera regalis iustitiæ, commisit ei suas in Lotharingiæ regno vices, quod parens ipsius Henricus Auiceps initio à Carolo Gallorum Rege anno 924. Reg. ann. 924. tanquam Imperator receperat Romanorum, qui Francicis deuicti armis illud trecentos circiter annos Gallorum Regi reliquerant possidendum. Deinde verò cum frater ipsius Brunonis Otto illud Lotharij Regnum (quod ante Gallos possederant Romani) tanquam Romanorum Imperator pacatè possideret: Eberhardus, Gisalbertus, & Henricus Ottonis Imperatoris frater alijque, Ludouico Caroli Galliarum Regis filio authores fuere, Regnum illud vt recuperaret, eumque in finem anno 939. Eberhardus, Gisalbertus, NB. assidue disputabat
B. Bruno
Mæcenas
Literatorû

tus,

tus, & Henricus, magno ad Rhenum cum exercitu properabant, ut Ot-
 tonem Regem transitu prohiberent: sed frustra, Rex enim transito Rhe-
 no cum eis iuxta Biertanam * congressus, plurimis ipsorum caesis reli-
 quos fugauit. Gifalbertum cum Henrico Ottonis Regis fratre fugien-
 tem vsque ad castellum firmissimum *, quod capri montem appellat
 * Geisenberg. * Sigeberg. *Sigibert.* insecutus, eos ibi obsidione conclusit. Verum quia interim Lu-
 douicum Galliarum Regem in Alsatiam valida cum manu iuisse acce-
 perat Rex Otto, soluta obsidione Caprimontensi in Alsatiam prope-
 rans, Ludouico Galliarum Rege Alsatia eiecto, firmissimum castellum
 Brisacum obsidione cinxit, vbi vtrisque Palmaria patrata sunt facino-
 ra. Tandem Fridericus Archiepiscopus Moguntinus & Rudhar-
 dus Episcopus Argentinensis relictis copiarum suarum sarcinis, clam
 noctu versus Metas aufugerunt, vbi suas cum Gifalberto & Eberhar-
 do copias coniuncturos, vti conuentum erat, sperabant sed frustra.
 Nam Gifalbertus & Eberhardus iuxta Andernacum castellum cum suis
 copijs Rhenum transmissuri, ab Vdone & Conrado Comitibus Regi
 Ottoni fidelibus transitu sunt prohibiti, susceptoque vtrisque praelio
 Eberhardus occisus, Gifalbertus à Rheno suffocatus, plurimis ipsorum
 occisus, reliquis aut dilabentibus aut captis militibus, victoria cessit V-
 doni & Conrado, qua clade accepta Brisacenses se Ottoni dedidere. C
 Otto verò à castro Brisacensi sibi tradito Lotharienses adortus, eos suo
 subiecit imperio, destructoque in Theodonis villa Ludouici pij Impe-
 ratoris sacello ne munitioni seruire possent. Episcopus Metensis, qui adhuc
 reluctari videbatur se Imperatori submitit, Ducatumque Lothariensem
 fratri suo Henrico sibi iam reconciliato sub ann. 940. commisit, sed
 * Diedenhof. mox eodem anno à Lothariensibus fuit eiectus, successitque illi in eo-
 dem Ducatu Otto Comes (*ita Regin.*) qui anno 943. extinctus succes-
 sorem habuit Conradum filium Werinheri. *Regino.* quem profecto re-
 ge Ottone in orientales partes cum copijs militaribus Lotharingij ipsi
 Conradi imperium detrectantes eiecerunt. Licet ipsis Lotharingis con-
 traria inferret signa, multosque cæderet ob necem consanguinei Con-
 radi qui filius erat Euerhardi, exacerbatus, attamē ipsi submisso semper
 nouo exercitu praelium à meridie vsque in vesperam produxere, donec
 ipsæ tenebræ vtramque dirimerent aciem. Rex iuniorem suum fratrem
 Brunonem indomitæ Luthariorum præficebat genti, quod Conradus
 à Rege, ut postea dicitur, alienatus, ob Berengarium non statim audi-
 tum, cum Ludolfo contra Regem conspirassent. Conradus indigne id
 ferens

A ferens, Lotharingiam armis repetiturus magnis cum copijs ad Belen-
sem * pagum iuxta villam Rimilinga S. BRVNONI Lothariensium du-
ctori obuiam procedit, vt illic statuto die congregerentur, sed ex Dei
dispositione Conradus in vltimo quia hærebat exercitu, vtriusque con-
gressus fuit impeditus. Rex verò circa Kal. Iulias moto exercitu, filium
generumque suum insecutus, vrbibus obuijs interceptis, Moguntiam
tandem obsedit, vade dato regis consobrino Ecberto Ludolfus gener-
que regis Ottonis Conradus castra regia ingressi, regi supplices pacem
rogant, quam cum impediret Henricus Regis frater, ab ipso Henrico
ad Ludolphum desciuere Comites, cum Ecberto, Bauariamque ingres-
si Ratisbona alijsque munitissimis locis interceptis vastauere. Rex in-
B secuturus exercitum è Saxonia euocat, euocatum ducunt Thiadricus,
iuniorque Wichmānus ad terminos Francorum, vbi à Ludolfi exercitu
circumfusi, in desertum compulsi sunt castellum, vnde ablato vni ex
Regis vexilliferis irrupentibus brachio triduanas obtinere indu-
cias, quibus in Saxoniam reuerterentur. Ipse Rex à trium mensium ex
Moguntia discessu circa Kal. Ian. re infecta atque duobus præcipuis vi-
ris Immado ac Meinwerco (quorum vterque sagittæ ictu, sed alter Mo-
guntia, alter in itinere Bauariam versus perierat) amissis Saxoniam repe-
tijt. Wichmannus autem alter ipsius Regis Dux pecunia à Ludolfo
corruptus, ne ipsi, ipsiusque noceret exercitui, in vincula est ab Ottone
C Rege abreptus, tandem Galliam vbi inuaderet Ludolfus, Rex verò
Bauariam adeo premebat vt inducijs pactis, Ludolphus ex Gallia per
Italiam reuersus cum Moguntino Archiepiscopo se Regi parenti pur-
garet, ille quod necessitate coactus, nō spōte largitionib⁹ Wichmāni a-
nimimum expugnarit, hic verò, quod timore compulsus filij castra fuisset
secutus; Redit igitur cum Conrado Duce Archiepiscopus Fridericus
ad Ottonem Regem, sed Conradus Ducatum suum amittit, quē Imp.
in solenni Principum conuentu, de eorum consilio, Præsuli Colonienfi
D eiusque successoribus vsu & iure cessit perpetuo, & vt Præsules, sic &
Duces nominentur & sint, statuit. Quamuis Archiducem appellet Auē-
tinus S. BRVNONEM. *Regino.* Ludolphus Regis detrectans imperium,
iterum Ratisbonam se recepit, vbi obsessus cum patre tandem in gra-
tiam redijt, defuncto Friderico Archiepiscopo Moguntino, cui succes-
sit Wilhelmus Imperatoris Ottonis filius. *VVirichind. lib. 2. cum Regin. ad*
ann. 954. 955.

Archiepi-
scopi Co-
lonienses
Duces.

Sanctus BRVNO in Lotharingia rerum potitus, latrocinia com-
pescuit,

H

pefcuit, quietem, ociumque restituit, *vt Vitichind. auctor est.* Nec Lotharingicis solum finibus concludebatur ipsius in salute hominum promouenda feruor ac charitas, sed ad exteras quoque sese effundebat nationes, Anno siquidem insequente, qui Fabric lib. 3. orig. Saxon. est 959. Nordmanniæ Principes, (quod apud Heidubam legatis Ottonis cum Marchione trucidatis Saxoniam excidissent) impetitos superatosque ad mare nouissimum (quod nunc à victoria illa Ottinfund, seu Ottonis fretum appellatur) cum magna populi multitudine ad Ecclesiæ sinum adiunxit, sacrisque vndis abluit Haroldum (qui regnum ab Ottone vt feudum recepit) cum Gunhilde vxore sua ac filio, quem Rex Otto è B. sacro susceptum fonte Sueinottonem appellauit. Alb. ad ann. 948.

Subsequente anno, qui Fabric. est 960 Reginerum Montensem Comitem cognomine Longicollum criminis accusatum cõuictum, atque apud Valencianas euocatum cepit, perpetuoque damnauit exilio, eo quod imperiũ bellis infestasset, & nouas res moliebarur in Lotharingia, vel veriori aliorũ opinione, quod Gerbergæ sorori suæ conatus fuisset fundos auferre dotales quas illi Giselbertus defunctus ipsius Maritus reliquerat. Publicatis autem Raginerij exulis bonis, filij eius Raginerus & Lambertus confugerunt ad Lotharium Francorum Regem, qui Brunonis ex sorore nepos, ipsum anno 959. inuisit Brunonem, ac Paschales C. apud ipsum Colonia celebravit Feras, *vt testis est Frodoardus.*

B. Bruno
Vicarius
Imperij.
Rosger. in
Brunone.

D. Miræus in
fast. belg.

Ciacco. in
Alex. 11.

Baron. ann.
954. n. 9.

Cõfessario
aperit alie-
natũ à fra-
tre animũ.

His studijs S. BRUNO adeo se fratri suo probauit Ottoni, vt in Italiam ad res imperij componendas profecturus Rex ipsum in occidente imperij vicarium constitueret. Quo in munere velut alter Samuel æquissimè ius dicebat, discordes Principum animos ad concordiam reuocabat, res nouas molientes fortiter reprimebat. Circa hæc quoque tempora S. Præsul maleuolorum quorundam impulsu fratrem suum Ottonem, quem vnice amabat, odisse cœpit, ideoque Hugoni ad suas epulas inuitato artificiosè gemmis adornatum regium offert diademã. Verũm mox ipse in se descendens pœnitundine facti concepta abdicum animi sui vulnus Volckmaro sacerdoti (quem Secretarium appellat Dith lib. 2.) aperit, qui prudenti valde consilio sublatis inimicitijs, earumque occasionibus, distractos fratrum animos mutuò inter se reconciliauit. Nam omnibus ad inaugurationem paratis, cum Hugo ipsis paschalibus ferijs coronam vgeret hoc S. BRUNONI suggestit consilium Volckmarus. *Sanctus, inquit, Spiritus tibi, senior charissime, suggestit, vt non amplius aduersus nos praualeret, tanti author sceleris, inimicus, quem sic confundas*

teq.

A regem, aurum posse honorari. Coronam, quam Genero tuo (erat enim Hugo gener Hugoni Henrici parentis ipsius *VVitic. lib. 1.*) cras te daturum promisisti, vobis confidens coronam detur, vobis presentabo, vt fides tua in conspectu omnium clarescat, & inuitus corruens, eandem disrumpam, vt fraternus amor modo frigidus in posterum recalescat. Placuit id consilium Archiepiscopo, Deoque in precibus suis supplex commendauit. Postridie cum consilio suo vteretur Volekmarus, eapropter turbati se simulabat Archiepiscopus. Hugo vero spe sua frustratus, post Paschales ferias domum cum suis tristis redibat, alijs tamen locupletatus honorarijs. Atque exinde sublatis omnibus inimicitiae occasionibus necessitudo cum fratre semel renouata in posterum semper perseuerauit. *Dith. lib. 2.* Paulo aliter in *msc.* vita Brunonis compendiaria res ipsa refertur, vbi ita.

Igitur Romanum regente imperium glorioso Ottone, ipsius ad gratiam frater eiusdem Colonienfis Pontifex praeficitur, ad saeculum egregia indolis, circa Deum mira religionis, cuius apud nos vita vel actus multarum virtutum redimita stulos curiosum delectabit Lectorem. Et quidem miram viri efficaciam maxima ex parte indigestam scriptoris transfiliuit articulus, quoniam fama eius celebrior remotos orbis angulos impleuerat. Huius sacerdotij temporibus orta occasio Regem cum exercitu Italicis mouit in partes, de regni negotio cum Longobardis acturum, qui eidem fratri & Episcopo Galliarum procurationem delegauit, facere iudicium & iustitiam iniunxit, prospectum sciens sub tali patrono Ecclesiae tam populo quam clero tam ciuili quam plebeio. At Sanctus BRUNO depositi curam gerens, lustratis Ecclesijs, vicis, castellis, vrbibus, quaque ad agenda quosque animauit, disidentes ab inuicem concordauit, pacem reformauit, reformatam iurisiurandi sacramento consolidauit cum primis prouinciarum. Mediante ita B. Petri festo, idem Antistes cum esset Colonia, missa legatione regem Parisiensem solemnizandi gratia inuitauit. At Rex tam consanguinitatis quam dilectionis ex affectu coniunctus, ire non distulit: venit, decenti & congrua rei veneratione suscipitur, plenissima iucunditate tractatur. Tamen nescio qua temeritate die sacra coronatus procedere dictauerat. Quod renisus Antistes, vt ne insolitis consentiens fraternum praecaueret offendiculum, regia corona procuratorem quo quomodo suatum hoc egisse dicitur, vt sacra die eam prolaturus, ex populi pressura occasionem sumeret, & spontaneo lapsu, quasi impulsus pedibus offenderet, casuque simulato diadema labi permitteret. Sic factum est, & populi angustiatus pressuris, cum labente corona labitur, populiq; strepentis pedibus allentatur. Nec res gesta regem latere poterat, qui spe sua frustratus proceffit quidem circulator tamen misisq; peractis, prae gustato potius quam sumpto cibo, non vltra discumbere voluit, sed maturato procinctu ire perrexit. Res interim silentio tegitur. Parisiensis tamen se dolens iniuriatum similem Antistiti

Iniuria à
Parisiensib⁹
afficitur.

Parisiis
capit.

retributionem machinatur. Vnde sacra die B. Dionysii Parisiorum Apostoli, rex iniu- A
tatum Episcopum, qui solemnem missam omni cum clero celebraturus gratiam pro
gratia reciperet. Paruit Antistes, dieq³ sacra Pontificali cum gloria ornatus procedens,
alium nescio quem gentis illius Episcopum altario astare reperit. Intellexit eruditus a-
nimus veteris ira ultionem, sed quoniam se sacris missalibus initiauerat, aliud ad alta-
re diuertit, suisq³ cum sequacibus impositam missam expleuit, & nec regi valesciens,
inpransus suis comitatus ciuitatem egreditur, innotesci volens tam regi quam ciuitati
pro illata iniuria iudicium eis affuturum. Nec vitra moratus, suos comprouinciales re-
uisit, sumptus & necessaria parat, castra militum ordinat, reuersusq³ regem eum suis
omnibus expugnat, propellit & exturbat, ciuitatem flammis absumit & vastat, & vi- B
etor regreditur. Adem insinuant Chron. Colon. pag. 132.

Verùm huic an fides narrationi habenda, prudenti lectoris iudicio
relinquo. Mihi sane ex alijs ab eo relatis illius fides videtur vacillare. In-
ter reliqua n. tradit Ludolfum parēti fuisse offensū, quod parēs Ottonē
ex secūdo matrimonio progenitū regio disposuerit coronare diadema-
te, quod sane cōstat omnino à vero abire, cū illo anno Ludolfus iā fuisset
extinctus. Obierat enim in Italia Ludolfus anno 957. de Ottone verò
inaugurando actum est anno 961. vt author est Regino ad vtrumque
ann. Dissidebat Ludolfus à parente, propter secundas ab ipso initas nu-
ptias. Vt ex eodem Regino, Witichind. Dithm. licet colligere, non pro- C
pter augurationem. Retuli tamen rem ex compendio BRUNONIS, ne le-
ctori lateret. Circa annum quoque 950. s. Archipræsul laborauit de
Ecclesiæ Bremensis quæ olim illi fuerat, vt loquuntur, suffraganea recu-
lim suffra- peratione. Erat enim illa iam à Colonienſi per Pontificem abstracta, at-
ganea Co- que à suo regebatur Archipræsule, cui alij nunc parebant suffraganei.
lonienſis. Sed vir nobilis auctoritati cedens. Adalgagi Archiepiscopi Bremensis,
interuentu Erponis Diaconi, qui postea Verdensis creatus Episcopus, in
gratiam redijt, ac summopere Ecclesiam commendauit Bremensem,
quod in tantis gentilium versata periculis digna sit, quæ à nemine læda- D
tur, sed quæ omni consolationis amore foueatur, atque ab omnibus v-
bique celebretur. Ita Adam. Bremens. Albert. Stad. ad ann. 948.

Bar. ad ann.
965. n. 1.

Wormatiæ fratrem suum Ottonem ex Italia reducem ipsa Purifica-
tioni B. Virginis festa die excepit, atque cum eo per quadragenarios esu-
riales dies in Ingelheim hæsit, inde Paschate celebrato Coloniam cum
fratre profectus est.

Virtutes vt eius recolamus, Religiosi cultus diuini studiosissimus
vir Dei, sub re diuina, vt non alias admittebat cogitationes, ne dum
cum

cum alijs colloquia; ita neque hæc in alijs tempore illo sacro patiebatur. Colloquia
A existimabat enim, & recte, vniuersum illud tempus continuis transi- sub diuinis
 gendum orationibus. Hinc prius quam summo inauguratus sacerdotio, quam peri-
 cum fratrem suum Henricum aduertisset, cum Cunone in affinem af- culosa.
 sumpto, sub diuinis rebus sermones miscentem, fertur ex præfaga mali
 alicuius mente hæc illis prædixisse! *O in quantam inimicitiarum amaritudi-
 nem ista in hoc tempore tremendo. male parta contubernia resoluuntur.* Cui vaticini-
 o non multò post euentus fidem fecit. Nam Conradus Dux, qui in
 Italia relictus, Papiam manu militari tenuerat custodieratque, auctor
B fuerat Regi Beringaro, ipsum vt comitaretur in Germaniam, pollicens a-
 cturum se apud Regem Ottonem, pax, vt vtrinq; reconciliaretur. Co-
 mitatus Beringarus vno ab vrbe regia milliari regifice à Ducibus, Præ-
 fectis, Palatinorumque primoribus exceptus, atque in urbem fuit qui-
 dem introductus; sed in hospitio præparato iussus est remanere, in quo
 triduo relinquebatur. Quod male Conradus, qui Regem Beringarum
 adduxerat, & Ludolfus Regis filius accipientes, sinistrè de Henrico Re-
 gis fratre sunt suspicati: quasi ipso Henrico authore Beringarus ab au-
 dientia excluderetur. Huc accedebat, quod & conuicijs Ludolfum ma-
 tre sua iam destitutum Henricus proscidisset. Interea tamen Beringa-
C rius cù Rege Ottone egit, atque in gratiam ab eo receptus in Italiam re-
 uertit. A cuius discessu Ottonem regiones Francorum visitaturum fi-
 lius ipsius Ludolfus generque Conradus ex insidijs petiuerunt; ipsi
 vt oculos eruerent, Henricum verò Regis fratrem vt vinulis mancipa-
 rent; quibus cognitis Rex Moguntia reuersus illuc Fridericum Archie-
 piscopum Moguntinum, ab Eremitis, quibuscum rigidam ante pascha-
 les ferias Episcopus peragebat vitam, reuocauit; à quo nefaria filij Ge-
 nerique Conradi didicit consilia: Imperator (qui Moguntia discedens,
 relicto Aquisgrano, quod nihil Regi apparatus fuisset, ierat in Saxo-
D niam) filio generoque suo Cunoni imperauit, vt vel auctores sceleris ex-
 hiberent puniendos, aut certe ipsi haberentur hostes. Interueniebat
 quidem pro ipsis Archipræsul, pacem facturum, sed vocatus à Rege in
 suspicionem atque ab aulicis fuit illusus. Vir alioquin plurimæ oratio-
 nis, proluxæ in pauperes liberalitatis, ac gnauus in spargendo Dei semi-
 ne, cui in Fridslariensi conuentu multa obiecit Henricus: vnde graui in
 ipsum Pontificem exarsit ira Imperator, qui illic & Dadanum & Wil-
 helmum Præfectos, atque in Biertannico bello strenuos, natione Thu-
 ringos sibi que charos, discussa causa, quod non fatis se expurgassent, in
 exilium

* Cuno.

Reformat
mores.Instituit
Canonicos
S. Andreae.
* S. Maria
habet Sur. in
Brunone.Visitat
prouinciã
& concio-
natur.Coloniã
reliquiarũ
thesaurũ
ditat.

exilium pepulit. Soluta conuentu, vbi Rex in orientalem profectus fuit plagam; Lotharingi acceperant Conradũ Regi inuisũ, contraq; ipsum Cunonem arma arripuerunt, atque terris suis eiecere, vt supra pluribus explicui. Postea ipse quidem Conradus * iterum gratiam cum Rege Ottone inijt, sed ita vt amisso suo Ducatu, omnibus spoliatus diuitijs, vita tantũ, patria, ac prãdio acquiesceret. Ducatus verò B. BRVNONI eiusque successoribus perpetuum cederet. Ludolfus quoque suum Ducatum coactus fuit cedere Burchardo, vt patri, authore S. Vdalrico Augustano Episcopo, reconciliaretur. Ita Regino ann. 954. Ipsemet tamen deinde auctore B. BRVNONE patruo suo, Regnum Italiae obtinuit, Baron. ann. 954. n. 3. Ecce quam difficiles mista in sacris colloquia sortiuntur exitus, Quis id sibi passus persuaderi, nisi graues à me nominati auctores asseruissent. Discite igitur inter sacra linguis fauere.

Porrò B. BRVNO creatus Archipræsul nihil tam sibi necessarium putabat, quàm in sua diœcesi religionem integram conseruare. Vnde si alicubi forte disciplina religiosa exulabat eam restituebat. vniuersã pene Hannoniã corruptos mores Ecclesiasticos reformauit. Virgines S. Matthæi * in fossa vt nuncupant incolentes quod familiarius nonnihil cum fratribus S. Petri vicinis agerent, in Königstorff transtulit in quorum locum substituit valde insignis atque inter cetera eminentis collegij Canonicos, qui templum illud S. Matthæi nunc S. Andreae nuncupatũ cultu exornarēt diuino. Ita Sur. & mser. Sonagielse quoq; monachorum monasterium in Canonicorum sæcularium mutauit collegium. In monasterijs ac Religiosorum conuentibus neminem ociari patiebatur, ignauium pecus à præsepibus arcendum esse dicebat, omnem vitæ luxũ ac vestium molliciem execratus est, & suo exemplo alios ad bonæ vitæ mores prouocare studuit. Non erubuit tam nobilis vir verbum Dei (cũ polleret facundia) magno fructu concionari & prouinciã suã diligenter visitare. O quam dissimiles in Ecclesia sæpe mores! Varijs distractus negotijs, magnam diei partem, sacrarum Scripturarum tribuit lectioni, atque orationibus imprimis vacauit. Commentatus est in Pentateuchum & in quatuor Euangelistas. Deinde in conquirendis sacrorum corporum reliquijs, quibus vel suam exornaret ciuitatem vel excoleret diœcesin, plurimum elaborabat. Per Hadamarium Fuldensium Abbatem, qui monasterium Fuldense magnifico construxit opere, vt author est Marian. Scot. ad ann. 956. ac Legatus iuerat Romam, Sacras S. Panthaleonis exuuias Vbijs suis obtinuit, vt dixi supra; in cuius honorẽ insigne anno

anno 954. ex destructo Tuitiensi castro & Ponte Constantiniano, quo
A instructus erat Rheus, excitauit monasterium Panthaleoninum, cui
 primum præfecit Abbatem Christianum, qui ad ann. vsque 1001. suam
 prorogauit vitam. *vt asserit Trithem. in Chron. Hirschaug.* Ab vrbe quoque
 Romana, vt testis est Sigefrid ad ann. 953. Coloniam transtulit corpora
 SS. Elifij (quem Eliphium vocat Rotgerus in vita S. BRUNONIS) in
 S. Martini æde Scotorum monasterio reconditi, Priuati, Gregorij *Dith. Trith.*
 (quem Trithem. in Chron. Hirsch, anno 964. *Miræus d. l. Spoletanum nuncupant*) Pa- *Hirsch ann.*
 trocli, cum baculo S. Petri. *964.*

Verum anno 953. S. Archipræsul non aliàs, quam S. Panthaleonis re-
B liquias Roma per Hademarium legatum accepit, vt paulo ante tradidi. Reliquiæ
 Reliquas, quarum meminit Rotgerus in S. BRUNONE nostro, haud du- S. Pantha-
 biè à suo accepit fratre, Roma sub annum 665. redeunte, cui Worma- leonis.
 ciam vsque obuiam processerat S. BRUNO. Licet ex Dithm lib. 2. tradat *Dithm. lib. 2.*
 Baron. ann 965. SS. corpora, quæ secum tulit Imperator, Parthenopo- *Adam. li. 2. 6.*
 lim fuisse translata, quorum nomina singulis inscripta sunt columnis. *6. Baron.*
 Fuerat in Comitatu Imperatoris Adeldagus Archiepiscopus Bremen- *ann. 965.*
 sis, qui preciosis quoque diuorum corporibus diues in suam reuersus
 prouinciam, ea per parccias suas distribuit; Erant autem ea Cyriaci,
C Cæsarij, Victoris, Coronæ, Felicis & Feliciani, Cosmæ & Damiani. Quin
 & ipsum Archipræsulem Hamburgum vsque comitatus Benedictus S.
 Pontifex vbi Italia eiectus in exilio fuit extinctus, nec à Nordmannis vel
 alijs occisus. Deinde preciosum S. Patrocli corpus, non Româ (vt pla- S. Patrocl⁹
 cet Sigeberto & Trithemio in Chro. Hirschaug. an. 964.) sed ab Angi-
 so Treassinensi * Episcopo, quæ sua depulsum sede restituerat S. BRV- * Carcasso-
 no accepit, atque initio Coloniam, inde Sufatum Saxonix oppidum in *nensi miser.*
 Ecclesiam Canonicorum ab ipsomet institutorum & dotatorum tradu-
 xit, vbi etiamnum ad inflammandos pios ciuium animos asseruatur, vt
D testis est locuples Rotgerus Benedictinus, qui sub ann 1040. S. Brunon-
 nis vitam conscripsit. Idem hic author est *cum Trithemio in Chron. Hirsch.* Baculus S.
ann 964. Baculum S. Petri, non Româ, vt volebat Sigebert. sed Metis Petri-
 accepisse S. Brunonem atque in cathedrali Ecclesia recondidisse, qua
 vero ratione illum obrinuerit, non liquet. Certè ab hoc tempore aliena
 est Chronicorum Coloniensium occasio, qua traduntur Treuirenses
 direptis ab Attila Hunnorum rege vniuersis Gallix ciuitatibus, sacras
 suæ vrbis reliquias, inter quas & baculus numerabatur S. Petri, in Me-
 tentium misisse vrbe, quam solâ ex diuini numini volûtate à B. Seruatio
 Tungro-

Tungrorum Episcopo (qui Romæ pro populi sui salute deprecatus fuerat) libi propositâ intellexerant liberam fore ab omni hostium incurfione, qua deferuescente suas Treuiri repentes reliquias, eas præter S. Petri baculum receperint. Nam baculum ea tempestate à Metensibus extorserat S. BRVNO *Ita Chronic.* Verum Attila, de quo S. Seruatius in vaticinio suo, non seculo nono, quo vixit S. BRVNO, sed sæculo quarto, temporibus S. Euergisli, de quo supra egimus, illas Ecclesias afflixit, & maximè circa annum 453. *vt refert Sigebert.* Pannonijs egressus Gallias vastauit, ac depopulatus est Metensibus tamen diuina prouidentia nihil potuit nocere. Nam quotquot ipsorum Præsulem cum alijs ciuibus interceperant, cæcitate percussi, liberos eos dimittere sunt coacti. Vult tamen Gregor. Tur. lib. 2. *hist. Franc. c. 5. 6.* neque Metensibus parcitum, sed incensa vrbe occisis ante altare sacerdotibus, soli parcitum S. Stephani oratorio. Ipse porro baculus à Coloniensibus retentus, donec Ecberto ipsius oratu pars baculi inferior restitueretur à Warino Coloniensi Archiepiscopo retenta Colonia parte ipsius baculi superiore. Verum Thrit. d. l. Metis scribit supremam dütaxat baculi partem à Brunone fuisse obtentam. Author quoque est Trith. d. l. S. Agilolphii corpus Malmundario, Coloniâ à S. Brunone nostro fuisse traductum.*

Porrò S. Archipræsul corpus S. Euergisli Tungris tumultatum in Coloniensem D. Cæcilie traduxit Ecclesiam vbi argentæ auroque obductæ inclusum capsæ, etiamnum asseruatur. † Denique idem S. Archipræsul vincula S. Petri Româ accepta, in suam transtulit urbem Coloniensem, vt testatur idem Rotgerus. Ex quo illud, conspirante tot seculorum à Maioribus nostris accepta traditione (cui reclamare nefas esset) habeo certum, catenam S. Petri Colonia detineri. Quando autem eo sit translata, necdum comperi; Forsitan iam ante à Carolo Martello Francorum Rege Colonia palatium tenente, qui eam sibi à Gregorio Papa, destinatis ex Italia Legatis vna cum venerandi sepulchri clauibus transmissam, dono accepit, oblatosque consulatus Romani fasces admisit, ita vt si opus esset, Italia à Leone Imperatore Iconoclasta afflicta, cum exercitu succurreret; quod ipsum missis Grimone Abbate Corbeienfi, & Sigeberto, recluso (*vt inquit Zonaras in appendice Gregorij Turonensis c. 110. ex auctore sui temporis*) Basilicæ S. Dionysij Martyris, Legatis cum magnis muneribus Romam ad limina SS. Apostolorum Petri & Pauli, icto fœdere sanctè promisit, & confirmauit; *vt auctor est Baron. ad ann. 726. n. 41.* Nequaquam autem existimarem adscribendum B. BRVNONI, quasi ea

S. Euergis-
lus.

* *ita Sigebert.*

953.

† *Rotger. in*

vita Brunon.

apud Sur. c.

ibidem.

Cathena

S. Petri.

ex Italia, primitus intra vr̄bis mœnia inuenerit; nisi quis forte dixerit, A ideo ipsi adscribi, quod singulari ea profecutus fuerit honore. Sed quid obesset, si quis assereret, S. Petri vincula Ioppiliæ, vbi plurimum olim habitauit Carolus Martellus, in Diœcesi Leodiensi relicta, deinde donatione exulis Ratherij, ab Archipræsule nostro, Episcopatu Leodiensium præfecti, sub ann. 954. grati animi testificandi causa, in S. Archipræsulem translata Coloniensibus cessisse? cum illam Tricassinensis Episcopi gratitudinem, accepto S. Patrocli pignore supra viderimus ab ipso S. Archipræsule fuisse admittam. Atque ita B. noster non ipsa proximè Româ accepisset vincula, vt placet Rotgero in BRVNO, sed ex Leodiensi Episcopatu. Verum hic nodus; Quomodo Româ obtinuerit. Nō .n. ipse B. BRVNO Româ attulit (cum ipse nō obierit Italiam; nemo .n. id testatur) nec à suo Legato Hademario, nec à fratre Ottone, ea accepit, cum frater corpora tantum Sanctorum secum scribatur ex Italia exportasse. At inquires? Romæ asseruatur catena S. Petri; non igitur Colonia? Respondeo, plures referri catenas, quibus S. Petrus aliquando fuit con-^{* Act. 12.} strictus, ex quibus duæ Hierosolymitanæ, * vna Romana. Nam quibus ^{vinctus catenis duabus.} sub Herode Agrippa fuit ligatus S. Apostolorū vertex, ipse Hierosolymis custoditæ fuerunt catenæ, atque à Christiano quodā Agrippæ familiari

C per plurimum, quatuor istis seculis, manus traditæ, tandemque detectæ <sup>* Metaphras-
tes. Augusti
apud Sur.</sup> fuerunt, * quarū altera diuino sane miraculo ab Eudocia Augusta Hierosolymis allata, atque filia suæ Eudoxiæ Romam transmissa, fuit sine vltimo hominis studio Romanæ vnita; inde in templo Romæ Exquilino ab eadem Eudoxia ædificato fuit recondita; Alteram verò Hierosolymitanam, quam secum absporaauerat Eudocia, Theodosio decimum septimum & Festo Coss. Ecclesiæ reliquit Constantinopolitanæ in honorem S. Petri ædificatæ, vt testatur Baron. & Bouius ad an. Christi 44. n. 6. & ad ann. 439. n. 1. ex Nicephoro lib. 14. c. 2. Vtraque Ecclesia in ipsorum vinculo-

D rum memoriam 1. Aug. ferias celebrat solennes. Præter has duas Hierosolymitanas datur Romæ vna qua S. Petrus Romæ sub Nerone fuit cohibitus. Constat etenim ipsum Romæ, obiecto sibi per visionem Christo, qui eum his affatus erat verbis; VADO ROMAM ITERVM CRVCFIGI, in vr̄bem regressum vinculis se induisse. De quibus vinculis Romanis (nam Hierosolymitana necdum reperta erant) præclare S. Augustinus de Sanct. serm. 29. scripsit. In ipsa Romana vincula, vt constat ex Act. Alexand. Papa apud Sur. die 3. Maij, Balbina Virgo, filia Quirini

Tribuni iussu Alexandri Papæ sub ann. 137. pro fide Christiana occisi, à quo fuerat Christianam fidem edocta; inquisiuit, atque inuenta est **A** summopere venerata. Hæc deinceps custodita, & ad posteros per manus transmissa, indita eis diuina virtute, miraculis coruscarunt. Quæ de re à Patribus, mirificis præconiis sunt celebrata; Ex illis quoque tenuia rammenta Christianissimi principes ex collo suspensa, religionis causa solebant gestare, quæ sola mittebantur Ecclesiarum proceribus: *Baron. ad ann. 439. 7.* qualia Sanctus Gregorius Columbo Episcopo Numidiæ transmisit: *Baron. ad ann. 593. 29* Deinde Eulogio Episcopo Alexandriæ: *Baron. ad ann. 603. 4.* Id mihi hoc loco sufficit, ostendisse plures omnino dari catenas, ex quibus vnã aut vnus partem, **B** vel à Rotario Episcopo acceperit S. BRUNO, vel à Carolo Martello Francorum rege acceptam nouo dignatus fuerit honore, cū Deus per illas mira operaretur. Nam vt testis est Sigebert. ad ann. 969. post obitum Archipræsulis nostri, Comes quidam arreptitius Ottoni M. familiaris, cum offerretur Ioanni summo Pontifici curandus; cui vt subueniret Pontifex, iussit arreptitij collum Sancti Petri catena mirè olim vnita circumdari. Sacerdotes astantes fraudem, si qua subesset, exploraturi, iniiciebant quidem in miseri hominis collum vnã alteramve catenam, at nihil proficiebant; tandem vera illa S. Petri catena vbi **C** arreptitij collum circumfudere, Dæmon spumante ore, plurimoq; cum eiulatu hominem deseruit. Quod vt vidit Theodericus Metensium Episcopus, Imperatoris Ottonis consobrinus, manum catenæ implicuit, non eam dimissurus, nisi & manus illi præscinderetur. Composuit litem Imperator, ita vt ad ipsius intercessionem annulus catenæ extractus Theoderico donaretur, quem ipse donatum sibi à summo Pontifice secum in Galliam detulit; Non videntur eum Colonienses accepisse, cum non vnã catenæ, sed plures habeant vncos; Deinde, nec posset astrui, catenæ partem sub Beato BRUNONE Coloniam fuisse **D** translata, sed fortè sub Gerone; cum primum Roma sit iste vncus sub ann. 969. allatus, ante quem iam anno 965. obierat B. BRUNO. Quare illam Caroli Martelli catenam nos beneficio BRUNONIS hic Coloniam existimo possidere.

S. Bruno
 pacificus.
 * Lion.

Mirus etiam fuit S. Archipræsul in componendis animorum fluctibus. Nam Legatus à fratre missus, Lugdunensem * Prouinciam in varias scissam partes adunauit; Episcopum Metensem sede sua pulsus resti-

restituit. Ratherium quoque scriptorem illius ætatis illustrem, atque Episcopum Veronensem inuidorum persecutione, Episcopatu suo deturbatum, perbenigne accepit, sedique præfexit Leodiensi, tandem sedi Veronensi secundo restituit. *Baron. ad ann. 954. n. 9.* Vnde vulgatus hic versus:

Verona Præsul, sed ter RATHERIUS exul.

Compendium quoque in Gallias profectus, ut discordantium inter se nepotum ex fororibus, Lotharij Regis, & Hugonis filiorum animos in concordiam reuocaret, ubi nonnihil morbo tentari cœpit, vnde Remos regressus, testamēto cōdido, quicquid illi superfuit, SS. Ecclesijs legauit; *vt testis est Sigeb. ad ann. 965.* & uti prædixerat, quinto morbi sui die, qui erat 5. Id. Octob. seu 11. Octob. anno Christi 965. ætatis suæ 40. ordinationis 15 (*Dithm.*) Episcopatus verò 12. animum vberimis lachrymarum imbribus irrigatum ad cœlos transmisit (*Ita Regino Dithm. lib. 2. Schaffn. Sigebert ad illum ann.*) quem S. Pauli deprecatione pij cœlorum incolæ tabernaculis perennantibus recepere (*Monachienses fasti*) Corpus eius à Theoderico Merensium Episcopo Coloniam remissum (*Ita Sigeb. d. l.*) Panthaleonitæ Colonienfes, quibus Abbatiam ex ponte rheni destructo excitarat, recondidere. Hoc ipse viuus solenni utebatur symbolo. **VT SIS, QVOD VOCARIS, CVRA, vel illo Martialis. QVOD SIS ESSE VELIS NIHILQVE MALIS.** Quæ omnia pluribus prosequitur monachus Panthaleonita Rotgerus, qui accuratè vitæ eius sanctitatem posteris tradidit. Vnde non immeritò Serenissimus & Eminentissimus Archiepiscopus noster & Princeps Elector FERDINANDVS Bauariæ Dux S. R. E. & I. Archicancellarius &c. apud Sedem Apostolicam instat, ut B. BRVNO, quem Tornacensis diœcesis publico prosequitur cultu, & officio, ut loquimur, nouem Lectionum, honorat, toti Ecclesiæ Dei venerandus solemnè renunciatione proponatur; Impetrabit, uti speramus, id sua Serenitas, de quo dudum iam laborauit, ne in posterum reprehendamur, quasi ciues minus pietatis impendamus diuo Tutelari, quam exteri Tornacenses. Hoc ei in Magdeburgensium scriptis statuitur Epitaphium.

Fundite corde preces, lachrymarum fundite voces,

Ecce PATER PATRIÆ, conditur in silice.

Regia progenies terras memoranda per omnes,

BRVNO pacificus, vir bonus, atque pius.

Archos Antistes, cui clara Colonia sedes,

Visus erat cunctis, charus vbiq; suis

Offendit tenebras lux viuacissima terras,
 Inuida lingua tacet, laus modo vera placet,
 Non fuit hic mundus tam caro munere dignus:
 Raptus ab hoc æuo, iam fruitur Domino.
 Idibus Octobris quinto Præful duodenus
 Vitæ concessit, spes comes alma fuit.

Huic aliud subijcio ex monumentis S. PANTHALEONIS.

BRVNO pacificus aeterni Regis amicus Clerus honoratur ab eo, populusq; iuuatur
 Me Duce, Pastore, Rectore Colonia gaudet Artollis plenos, opibus solatur egenos.

Cum Duce Maiestas & cum Duce regnat Nil patitur nequam, sed legē discit aquā.
 honestas Delicias nescit qui non sub eo requiescit.

Sub Duce pax grata, multis & curia lata, Cum Duce multarū sunt gaudia diuitiarū.
 In Duce lex culta viget & sapientia multa, Hoc siquidē iuste, quia dispensando venuste
 Cū Duce maiores sunt, & pleriq; minores, Non illas celat, sed in his vt proficit, anhelat.
 Sub Duce prudētes versantur & insipientes, Isti sunt mores, quibus acquisiunt honores.
 Et merito vere scit quemq; decenter habere. Per quos & captat sibi plures atq; coaptat.
 Tractat clementer humiles tumidosq; po- Latus, non tristis semper perduret in istis.
 reuter.

TESTAMENTVM DOMINI ET IN CHRISTO VE-
 nerandi BRVNONIS Archiepiscopi fœliciter.

Ex archiuo
 S. Pantha-
 leonis.

BRVNO seruus Christi, filijs suis Coloniae Deo militantibus. Qua in
 Animum induxi, de rebus, qua diuina mihi commisit munificentia, dispensandis,
 vestro roborari iudicio, inniti testimonio, si ipsum me presentem hac Deus vobiscum
 communicare non fuerit, dignissimum statui scripto ad vos perlato. Eapropter ex sen-
 tentia fratrum nostrorum Theoderici, Wicfridi, qui & ipsi alumni ve-
 stri sunt, cuncta consciscite, rectē Deo volente cuncta transagite, & quicquid thesauri
 nostris opibus illati, Ecclesia, quicquid enim est, clauibus huius Euizonis viri illustri
 Kimiliarchi S. Petri custoditur, præter si quid à ministris nondum relatum sit; ne
 quid ab Ecclesia diuisum esse videretur, sub testimonio Christi & Ecclesia ante altare
 S. PETRI palam Domino Poppone protho & * iconomo Ecclesia nostra con-
 gesta diligentiq; ratione inspecta, vasa aurea & preciosiora quaque in ministerio san-
 ctae Dei genitricis Mariae & B. Petri Apostoli [a] in ipsa Ecclesia in perpetuo vsu perpetuo
 consecrētur. Cuppam auream, sigillum & scutulam græcam, qua penes nos sunt, Beato
 Panthaleoni [b] Candelabra præterea, qua in ministerio nostro sunt, cotidiana, equi-
 b S. Pantha- tem argenteum à Maguntiaco Archiepiscopo datum, Pallia decem optima, vasa decem
 leonis mona- argentea ex melioribus, Libras centum ad claustrum perficiendum, trecentas ad Eccle-
 sias. siam ampliandam, cortinam latiore, mensalia tria, capetia tria, scamnalia totidem,
 mappas

* iconomo.

a Metropoli-
 tana Cano-
 nicis.

b S. Pantha-
 leonis mona-
 chis.

- A** mappas triginta. Insuper equarum quicquid nobis fuerit, ipsisq; Ecclesia reperta sunt, exceptis villis quas Ecclesia nostra adquisiuit. [c] Langalon iuxta Rhenum Wre- c Diacefi, betti. Heingelen Lidron. Wishem quam Mosa alluit. Domum quoque Sobrini nostri Metensis Episcopi & villam Bauingan, insuper quicquid de rebus Ecclesia nostra tenet, trado. Detur etiam vsui Monachorum tertia pars huius anni fructuum ad vsus nostros elaboratorum. Ierichomium [d] loco competenti ad nutum d Ierichomio Abbatis non longe à coenobio constituatur, cui quicquid nobis prædij Tuitij est Ierel- s. Patalconis. felt præter in Saxonia vsque situm, & quicquid Geuehardus quondam Bönensis Præpositus iuxta Mosellam scitur habuisse, confero; & ut hoc bona venia nostri senioris & successoris fieri queat, pro vtriusq; nostrum remedio Ruthin- e Monachis ge, quod Ecclesia rebus opera nostra augmentatum est, ut libet, utatur, in stat oratorij S. Martini
- B** quod Beato Priuato construimus iuxta altare S. Martini [e] in occidente Ecclesie, Bea- B Priuatum, to Gregorio Magno martyri, qui recens adductus est, fiat, vbi sacratissimum corpus eius f S. Gereonis recondatur. Huic fundando centum libra legentur. Cuppas aureas fratribus nostris ad Canonicis. S. Petrum libras viginti. Cortinam mensalia duo, scamnalia totidem. Ad S. Gereonis g S. Seuerini [f] altare vrcei magni, pallia duo, tapete ex maioribus, fratribus naues & libra duode- Canonicis. cim, mensale & scamnalia duo. Ad altare S. Seuerini [g] consummandum quatuor h S. Cumber, libra auri, fratribus libra octo, vasa duo, mensale, scamnalia duo. Sancto Cumbero ti Canonicis. [h] scutula due, Sanctis Ewaldis duobus pallia tria, fratribus vasa duo, libra octo, i S. Andrea mensale, scamnalia duo, tapete vnū. Sancto Andrea [i] libra triginta, pallia quatuor, Canonicis. totidem vasa, candelabra duo, fratribus libra sex, Beato Eliphio martyri, Sancto Mar- k S. Marti
- C** tino [k] confessori tantundem. Prædium præterea Solagon per precariam nostra Eo- monachis. clesie adquisitum. Ad S. Maria [l] altare, vasa duo ex melioribus, monasterio & clau- l Virginibus stro perficiendo libra ceterum. Cortina, scamnalia duo, mappa totidem. Ad altare S. Ca- B. M. V. in cilia [m] auri libra tres, cortina, candelabra duo, vasa duo, tapete vnum, scamnalia Capitolio. duo, in consummando monasterio libra quinquaginta. Collegio illius monasterij, libra n Virginibus decem, mensale. Ad Sanctas Virgines [n] vasa duo, candelabra duo, pallia duo, corti- S. Casilia. na, tapete vnum, scamnalia duo, Sanctis monialibus libra decem, mensale. Altari San- n Virginibus ctorum martyrum Casij & Florentij [o] auri libra due, baccina que penes nos sunt, S. Ursula.
- D** cuppa due, pallia totidem, Fratribus libra decem. Sancto Victori [p] & collegio tan- o Canonicis tundem. Monasterio & claustro Sofatio [q] fundando libra centum, Altari sex vasa, Bonnes- sibus, pallia totidem, tapete vnum ex maioribus, scamnalia duo, cappa & casula ex nostris, p Canonicis Prædium præterea quod Wodilo de precario nostro dedit, illud etiam quod Domi- Sactensibus. nus Poppo, Ricchildinghuso & Aruite *, nobis satis nauiter adquisiuit. q S. Patrocli
- S. Archipræsulis vitam paucis perstringit Leoldus Northouius in Canonicis Catalogo Archiepiscoporum Colon. mscr. vbi ait: Vicefimus quintus, Bru- Susatiensibus no sub Orzone primo, eius fratre, sedit annos 12, qui dilectus Deo & hominibus, fortis * Eruite.

in bello, magnus in Pontificibus, quasi sol effulgens in Ecclesia Coloniensi, in conspectu Regum & Principum magnificatus. Nam Imperatore fratre suo in Italia pro dispo- A
nenda repub. moram faciente, Gallia & Germania tutelam & procuracionem susci-
piens, eandem prudenter ac strenue administrabat, hostes reprimens, dissi-
dentes pacifi-
cans, paci potissimè subditorum inuigilans & saluti. Vnde Ducem Lotharingia, qua à
Rhenò vsque ad Mosam extenditur, rebellantem cepit. Cui Imperator reuersus ipsum
Ducatum abiudicauit & abstulit, & dicto fratri suo Coloniensi Episcopo ob suam pe-
titionem & magnificentiam suisq; successoribus & Archiepiscopis in perpetuum con-
cessit. Hæc ille.

AVCTARIVM ET DISCEPTATIO DE IVRE
GLADII. B

EX hoc S BRVNONE in historia S. ENGELBERTI pag 138. Clericum Parisien-
sem erroris argueram, quod existimaret principes Ecclesiasticos seruari vix posse,
nisi repudiata potestate seculari. Cū S. Bruno & potestatem eam retinuerit, & serua-
tus fuerit, quod nemo nisi A catholicus negauerit. Attamē obseruo ex A catholicis, quod
licet S. Brunonem nostrum varijs ornent laudum encomiis, hanc tamen ipsius potesta-
tem facularem multis dictorū infectentur, & contumelijs. Nam incusant eum tanquā
primum, qui suo malo exemplo alios ad eandem inuitarit exercendam potestatem.
Sanctum igitur vt vendicem à contumelijs, notet velim lector, non B. Brunonem pri-
mum faculari vsu potestate, sed duobus minimum seculis S. Cunibertum, ipso S. Bru- C
none priorem, iam iure gladij facularis fuisse potitum, vt proinde non S. Bruno, sed S.
Cunibertus primus inter Archiepiscopos ius gladij exercuerit. Quod non bene ac licite à
SS viris vsurpatum, volunt A catholici. Verum si cum Merbom in notis ad V Vitichin.
lib. 1. accuratè vel ipsum V Vitichindum legissent, aut fuissent trutinati, non sanctos
culpasset viros, sed illam in ijs potestatem commendassent. Nam Samuel licet sacer-
dotem ageret Sanctum, non tamen ideo illicite exercuit potestatem facularem; vt
bene inculcat V Vitichind. annal. lib. 1. Ac ne quis eum, inquit, culpabi-
lem super hoc dixerit, cum Samuelem Sanctum & alios plures, sacerdo- D
res pariter legamus & iudices, 1. Samuel, 7. v. 7. & seqq. vbi obtulit sa-
cerdos pro populo, & eod. c. v. 15. dicitur; iudicabat quoque Samuel Is-
raelem cunctis diebus vitæ suæ &c. Hæc ille. Cui minime satisfaciunt aut vn-
quam satisfacturi sunt A catholici. Nam illa administratio Samuelis, vel bona fuit, vel
mala. Si mala, Ergo neque licuit Samueli; Malum enim nemini, nullo tempore licet.
Si bona, fuit; quare nunc mala. An enim bonum quod est, potest vnquam eff. ma-
lum; si à nulla circumstantia mala vicietur. Vel da mihi, quaeso, hanc circumstan-
tiam, quare administratio bona, nūc non sit bona, sed mala. An hæc? quia à sacerdote
exercetur? Apagesis. An eniu non Samuel sacerdos illam vsurpauit? Ergo ex hoc capite,
bona

bona quæ est administratio, non viciatur, quod tamen omnes A catholici intendunt. At
A iniquis; In veteri Lege Samueli sacerdoti ea cõmendabatur à Deo, in N. vero lege S.
 Brunoni fuit prohibita. Vbi quæso? Quo in loco scripturarum diuinarum, apud quem
 prophetam aut Euangelistam habetur hæc prohibitio, S Bruno Archiepiscopus Colon.
 aut S. Cunibertus non debent potestatem exercere secularem? Nihil enim credis, nisi
 quod habetur in sacris scripturis? Vbi verò hæc prohibitio de S Brunone exstat? vbi sit
 mentio in sacris literis saltem Brunonis nominis? Nullibi. Nusquam. Occurres, etiam si
 sp̄ciatim non prohibeatur Brunoni, tamen generatim prohibetur; Vnde & de Bruno-
 ne colligi poterit, ipsi ea potestate fuisse interdictum. Sed antequam respondeã, illud à
 te rogo, vt mihi vel priorem tuam de Brunone prohibitionem in Scripturis expressam
B ostendas, vel si id nequeas, fatearis eam in scripturis non contineri; ideoq; per discursum
 Logicum & Philosophicum ex aliquo scripturarum loco eruendum. Si hoc? quomodo
 tue satisfacies doctrina fundamentis, quæ in rebus Theologicis Philosophiam iubent
 quiescere, quoties contra te tuosq; ex scripturis argumentamur Propter quod in-
 excusabilis es, vt cum Apostolo loquar, ô homo omnis, qui iudicas, In quo e-
 nim iudicas alterũ, te ipsum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas.
 Rom. 2. Verũ his omisissis, quæro à te, quo in loco generatim prohibeatur administratio
 secularis? Si respõderis, in epist. Ro. c. 13. v. 1. vbi dicitur, Omnis anima potesta-
 tibus sublimioribus subdita sit. Ex hoc loco in aternũ non probabis, q̄ intendebas.
C Nã qualis hæc est argumentatio. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit;
 Bruno Cunibertus est anima (saltem synecdochicos.) Ergo Bruno & Cunibertus erunt
 subditi seculari potestati, & non superiores vtentes potestati seculari. An enim non eo-
 dem modo concluderem; Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Tuus ô
 A catholice, princeps etiam summus, est anima saltem synecdochicos, Ergo tuus
 princeps etiam supremus erit subditus & non superior vtens seculari potestate.
 Vides quam frivole ex hoc argumenteris loco, quem non intelligis. Sensus ipsius
 est, omnis anima, præterquam ipsius in sublimiori potestate constituti subiecta sit subli-
 mioribus potestatibus. Nam in sensu accommodo particula omnis, in hac propositione
D distributiva, vt loquuntur Philosophi, accipitur, sicut cum dicitur, omnia cœlum regit.
 id est, omnia præter se ipsum, cœlum regit. Et probatur hic loci illius sensus esse ex eo,
 quod ab vno oppositorum, alterum non contineatur, saltem in recto, vt loquuntur, sed
 potius excludatur; At esse in sublimiori potestate constitutum, & esse subiectum, sunt
 opposita saltem relatiue. Quare se mutuo non includunt, saltem in recto, sed excludunt.
 Hoc igitur posito fundamento, quod nisi omnino à ratione abire velis, negare non pote-
 ris, aggrediar nunc ego tuo te iugulare gladio. Nam omnis anima inferior sublimiori
 subiecta erit potestati; Atqui Ecclesiastica potestas sublimior est, quam secularis, Ergo
 secularis subiecta erit Ecclesiastica & non contra, Maior propositio est S. Apostoli. Af-
 sumptio

sumptio ostēditur, quia haud dubie ea potestas sublimior est quae res excellentiores estimatione hominū dirigit ac curat, quā quae inferiores. Inde enim sublimior estimatione hominum censetur Magister in scholis, quā vel subulcus, vel opilio, vel bubulcus, quia discipuli, quos regit, praestantiores sunt & excellentiores porcis, ouibus. Inde praefectus nobilium, excellentior ac sublimior censetur, quam praefectus ciuium aut rusticorum, quia nobiles plures sunt ab hominibus, quam ciues aut rustici. Atqui Ecclesiastica potestas nobiliores res curat ac regit, quam potestas secularis; Illa enim regit animas & bona animi, haec verò bona curat multò inferiora; Occupatur enim haec circa res inanimas, seu bona fortunarum, vt videre est ex toto titulo de Lege Aquilia, ex tit. familiae herciscund. &c. si quadrupes pauper fecisse. de furt. de mutuo, cōmodato, deposito &c. B deinde versatur circa bona aliqua famae, vnde tituli de iniurijs & libellis famosis. quin etiā circa bona corporis, vt ostēdit L. Iulia de Sicarijs &c. Sed bona fortuna, fame aut corporis nunquam tam excellentia sunt, ac bona animi; cum haec illis infinitis partibus antestent. Et esto, interdum curaret bonum aliquod animi, id tamen indirectè valde & in ordine tantum ad finem naturalem, tranquillitatem scilicet, & salutem reip. temporalem. At Ecclesiastica non temporalem spectat finem, sed spiritualem, & aeternum; quis vero neget temporalibus spiritalia excedere? nisi veritatem ipsam falsitatis velit redarguere. Quae spiritalia omnium primo iubet quari, reliqua verò censet tanquā adiectitia & auctaria. Nam Matth. 6. 33. Luc. 12. 31. inquit; querite primum regnum Dei, & haec omnia adiicientur vobis. Aut nisi quis doctorem S. Apostolum C Paulum erroris conetur insimulare qui terrena reputat stercora & detrimentum, eaque vilipendit praespiritalibus; Ait enim Philip 3. 8. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Quae singula pluribus sapientissimus Salomon Ecclesiastes probat, idque omnium inductione rerum concluditque de temporalibus hoc modo; Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo suo, quo laborat sub sole? quasi diceret, nihil &c. Vnde cum spiritalia sint nobiliora & sublimiora, quam secularia & temporalia, potestas ipsa, quae circa spiritalia versabitur, nobilior & sublimior D erit, quam sit illa, quae circa secularia occupatur. Et si spiritalia ipsa regit, quanto magis secularia. Quod ipsum si vel à me audire recusas, saltem audias ex Apostolo ita I. Corinth. 6. v. 3. loquente: Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis saecularia? saecularia igitur iudicia si habueritis. CONTEMPTIBILES qui sunt in Ecclesia, illos constituere ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico &c. Audin! quanta sint apud ipsum dignitatis, si cum spiritali conferantur potestate. Quare si omnis anima subiecta erit NB, sublimiori potestati, etiam secularis subiecta erit spiritali potestati, quippe haec illa mul-

NB.

A to sublimior & nobilior. Vide nunc quæso & aduerte ad scripturam sacram, vter potius illi insistat, tu, an ego. Ego cum Apostolo dico, & aio, omnem animam inferiorem debere subdi potestati sublimiori; At tu contra Apostolū doces, omnē animā sublimiorē debere subdi potestati inferiori, & non sublimiori. Vab! quæ illa scripturarum sacrarum adultera interpretatio & corruptela. Agnosce tandem errorem, & disce tempori sapere. Relinquitur ergo ex hoc loco, non vllam posse ostendi prohibitionem, qua Deus sacerdotes à iudiciaria vocet potestate; nec etiā quippiam secularibus de sua detrahere potestate, cum seculares ex allata Apostoli doctrina Ecclesiasticis vtpote sublimioribus teneantur subesse, eosq; duplici honore prosequi. 1. Tim. 5. 17.

B Sed alterum, quo plurimum triumphant, discutiamus argumentum. Ais: Apostolus 2. Tim. 2. 4. dicit: Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus. At Ecclesiastici militant Deo, Ergo &c. Praclare! Annon eodem modo tibi & omni tuo magistratui abrogabis magistratum? Nam nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus: atqui tu & omnis tuus magistratus ciuili militaris Deo, ergo neque tu, neque magistratus tuus ciuili implicabitis vos negotijs secularibus, Propositio est Apostoli; Assumptionem aude sis, neges. Et ego quid illaturus sum, accipias. Profecto id mihi negare non poteris, quod qui alicui militat, illi seruiat. Vnde si neq; tu, neque tuus magistratus seruitis Domino Deo, Ergo Deum odio habetis, Ergo Dei hosti seruitis. An enim nescis: Matth. 6. v. 24. scriptum: Neminem posse duobus Dominis seruire, aut e-

C nim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non posse quem Deo seruire & Mammona &c. Quod si igitur Deo te cum tuo magistratu militare asseris, iam eadem vtrumq; obligatio tenebit; Cum nec te, nec tuum excipiat magistratum; Ergo nullus apud vos erit magistratus ciuili, cum prohiberi à Deo dicatis, quæ doctrina cum sit falsa, Anabaptistarum heretica, à nemine profecto est admittenda. Quare alius istius loci est querendus sensus, non tuus, quem ex tuo tuorumq; capite asseris, sed quem Spiritus sanctus per Ecclesiam suam Catholicam nobis proponit. Prohibet autem Apostolus, quempiam implicari ἐμπλεκῆν negotijs secularibus, non autem secularia possidere. Aliud verò est implicari secularibus, aliud ea possidere. Implicatur, qui quasi retibus illaqueatus ac velut fera capta, se suumq; animum expedire nequit, quo minus animum suum ad Deum diuinamq; contemplanda dirigat. Qui vero possidet tantum nec ijs implicatur, animū suū velut alter Samuel, ac Moyses ad Deum potest conuertere; Non hoc, sed illud tantum prohibetur. Quem sensum verum & genuinum esse ipsemet S. Apostolus partim 2. Cor. 6. v. 4. & 10. inculcat, partim 1. Cor. 6. 1. ne quis putet tantum secularibus & non Ecclesiasticis concedi facultatem tractandi & possidendi secularia, ait priori loco de se & omnibus Corinthiis: In omnibus inquam exhibeamus nosmet ipsos sicut Dei ministros &c. sicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes, & OMNIA possidentes. Posterior-

NB.

ri verò idem ait Apostolus I. Cor. 6. 1. 2. *Audet aliquis vestrum habens negocium ad-*
uersus alterum, iudicari apud iniquos & non apud Sanctos? An nescitis, quoniam A
Sancti de mundo iudicabant. Quibus verbis increpat Corinthios Apostolus, quod apud
gentiles seculares, & non Christianos sanctos, qui mundum sunt iudicaturi, sua
tractent negocia. Atqui ex tua Acatolice, opinione iniuste reprehendisset S. Apostolus
Corinthios, quia ex tua opinione non licitum illis fuisset, sed prohibitum accedere Ec-
clesiasticos iudices, sed debuissent adire seculares, qui erant gentiles & non sancti. Nunc
iterum quaeso mecum perpende, vter scripturis potius inhereat, tu an ego. Ego cum S.
Paulo apud Ecclesiasticos agi posse de negocijs secularibus qualia erant, de quibus illi
contendebant, frustra enim de sacris apud profanos egissent, nec tam stolidos fuisse cre- B
diderit quispiam Corinthios. Tu vero contra Apostolum audes ab Ecclesiasticis prouo-
care ad seculares? Vide quid agas. Durum est tibi contra veritatis stimulum calcitra-
re. Agnosce igitur germanum loci illius sensum, quem alij SS. Patres, à quibus scriptu-
ra interpretatio petenda est. 2. Pet. 1. v. vlt. tibi in scriptis reliquero. Ex illorum mente
inculcat hic Apostolus, quod olim de diuitijs tradiderat Regius Prophetà David. Ps. 61.
v. 10. vt diuitijs si affluerent, nolint suum cor apponere; ita & c. de potestate philoso-
phandum, quod potestas si affluat, nemo debeat vt cum scripturis loquar, cor apponere,
aut ab illa pati, vt animus abripiatur, quo minus Deo vacare possit. Hoc enim pa-
ti, malum est & omnino fugiendum. Nunc verò, quis S. Brunonem aut S. Caniber-
tum à secularibus ita abreptum audebit asserere, vt Dei immemor, secularibus fuerit C
implicatus, aut totus reipub. munijs distentus aut occupatus. Quid ais Meibomi? In ad-
ministracione (inquis in annot. ad V Vitichind lib. 1.) tam Ecclesiastica quam politica
oppido gnauus fuit & industrius; Etenim diœcesis suæ libertatem, possessiones, adesq; sa-
cras, quibus potuit modis, potuit autem multis, auxit, amplificauit, stabiliuit. Itane
vero? Quare igitur paulò antè, ore tam libero pronuncias: Exemplum, inquit,
Brunonis secuti postmodum ex Prælati alijs, religione neglecta desertaque ad domina-
tum & imperium sese connerterunt, similiores facti satrapis, quam sacerdotibus. Hec
quomodo coherent; S. Brunonem tradis ades sacras, quibus potuit modis, amplificaf-
se, & bene tradis. Quomodo igitur tui adeo immemor, asseris, eundem religione negle- D
cta ad dominium sese conuertisse. quid de alijs eius exemplo astruis. An ergo ades sa-
cras edificare, amplificare, est tibi religionem negligere. Apagesis cum illis ineptijs aut
calumnijs. Da gloriam Deo, eumq; in Sanctis venerare. Psal 88. 8. Qui glorificatur
in consilio Sanctorum. Mirifica cum Deo sanctum suum. Ps. 4. 4. Ac cum vate sempi-
ternum canas. Ps. 138. 17. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus; nimis
confortatus est principatus eorum. Explode mecum, quotquot Sanctis Dei detrahunt,
aut aliqua saltem labecula aspergunt. Exulet ex scholijs, ex subsellis, falsa Fabritij lib. 3.
Orig. Sax. de S. Brunone inueterata opinio, qua scribis, Brunonis, inquit, Antistitis
tempo-

- temporibus illa pernicioſa in Eccleſiæ Germanicæ conſuetudo inuaſit: vt Antifſites & Præſules gladium ſumerent, & bella gererent extra Eccleſiam, & contra veterem morem atque modeſtiam, armati conſpicerentur in caſtris. Hoc etiamſi neceſſitate quadam tributum ſit Brunoni; cum ſidos Ottho homines, etiam ex agnatis nullos haberet; tamen cum pro apice galeam, pro pedo gladium ſemel ſumpſiſſent, ita apud poſteros exemplum valuit, vt quemadmodum nihil agi dicitur vulgi ſermone abſque Monacho, ita in curijs, in ſubſellijs, in bellis nihil inciperetur aut ageretur, ſine præſule aliquo: quod in regnis adhuc externis fieri conſtat. Hæc ille; Exulet inquam hæc doctrina veſtra; Nam ſine cauſa aſſeritur, quod pernicioſum non eſt. An enim pernicioſum ſuaſiſſet S. Apoſtolus ſuis Corinthijs, dum non apud ſeculares iudices, ſed inter ſuos vult negotia ſecularia diſcuti? 1. Cor. 6. 1. 2. Deinde an vnquam S. Bruno pro apice ſeu inſula galeam, pro pedo gladium ſumpſit; vt falſo illi aſcribit Fabric. Iunxit quidem gladium pedo, ſed non hoc dimiſit, adeo autem illud exornauit, vt oculatus teſtis Vrſbergius de ipſo ſcribat, ſe viſiſſe ipſum (S. Brunonem, de quo agit) in ſuo munere ſanctè & præclare vixiſſe, & auhor ſupplementi Reginonis ait: Virum illum fuiſſe & ducatu & præſulatu digniſſimum: Fabr. d. l. Quare dimiſiſtis veſtris opinionibus, ſeniorum & maiorum veſtrorum ſemitis inſiſtite, quaque illi ratione egerunt, & vos agite. Hoc eſt quod vos Dominus admonet. State, inquiens, ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona & ambulate in ea, & inuenietis refrigeriũ animab⁹ veſtris. Ier. 6. 16. Maiores verò memòre dierũ antiquorũ, cogitate generationes antiquas; interrogate patres veſtros, & annũciabũt vobis; maiores veſtro & dicẽt vobis. Deut. 32. 7. quid de S. Brunonis aliorũ veneratione ac poteſtate uſurpata ſit ſtatuendũ.
- Quia vero ſuperius pag. 51. pugna memini cruenta, cui plures interfuerunt Epiſcopi, ex quibus aliqui in Catalogo recenſentur Sanctorum Germania, haud abs re exiſtimaui fore, ſi eos hic ſubiicerem, vt quiuis videat, quàm falſo noſtris aſcribant Epiſcopi hæretici, quod pro pedo galeam aſſumpſerint, cum aliquot ex ijs Epiſcopis vniuerſa Eccleſia Catholica, vt Sanctos veneretur, non ſane quia galeam geſtarunt, ſed quia illuſtris virtutum exercitationibus Epiſcopale pedum exornarunt.
- Ex ijs eſt S. Luthardus ex nobilibus natus parentibus, qui generis nobilitatem virtutibus effecit illuſtiorẽ. Creatus Epiſcopus Paderbornenſis anno 852. præſuit ſumma cum laude annis 25. Trucidatus cum alijs ſex Epiſcopis, Ducibus tribus, & Comitibus 13. magnoq; Chriſtianorum numero à Nortmannis & Vandalis anno 877. vt habetur apud Opmerſenſ. Epiſcopus innocentiſſimam egit omnino vitam. Soror illi fuit VValpurgis quæ virginitate ſua Deo cõſecrata in Herſyverde ſũdauit Parthenonẽ.
- Alter Sanctorum albo inſcriptus eſt S. Erlulphus Verdenſis, vt teſtatur idem Crantepol. & Catalogus Sanctorum Hyberniæ, vbi martyr in Speckdorf, Ecbecksdorf voluit ſcribere, Germania loco appellatur. S. Erlulphus 1. die Aug. oleũ ſudat; languoribus quod medetur. Crantz.

Hi militarunt sub Brunone, S. Brunonis Archiepiscopi Colon. non patruo, licet ita scribat Dithmar sed patruo magno (VVitichind. lib. 1.) Ludolfi Saxonis filio, Henrici Aucupis patruo, Ottonis M. Ducis non Imperatoris & Reginae Luitgardis fratre, qua nupta Ludouico Ludouici Germaniae Regis, non autem Arnulphi Imperatoris filio, cū Ludouicus Arnulphi filius adhuc circa annum 900. scribatur per etatem infans. puer à VVitichind. Dithmar. libr. 1. Brem. lib. 1. cap. 44. Chronic. Halberstadenf. manuscr. ideoque nec potuit ex ea iam anno 877. ducta suscepisse prolem, quam se suscepisse ipse recenset Ludouicus in suo diplomate dato 5. Id. Februar. Indiēt. 10. Anno Incarnat. Domini nostri Iesu Christi 877. Quod Anno primo serenissimi regis in orientali Francia, scriptum, vel ut ait, actum Francofurti, ubi ita scribit. In nomine sanctae & B
individuae Trinitatis. Ludouicus diuina fauente gratia Rex &c. Quapropter &c. nouerit qualiter pro remedio animarum piissimorum antecessorum Augustorum &c. nec non pro dilecta coniuge Luitgarda ac carissima prole nostra, quasdam res proprietatis nostrae ad monasterium, quod dicitur Gandersheim concessimus, quod est constructum in honore S. Stephani protomartyris, & in nostro constat patrimonio, hoc est in villa, quae dicitur Tengstede, & in villa, quae dicitur Ericke, in pago qui vocatur Sutinringia, in comitatu Ottonis, cum domibus, edificijs, campis, agris, pratis, pascuis, syluis cultis & incultis, aquis aquarumve decursibus, vijs & mujs, accessibus cum adiacentibus finibus, exitibus cum regressibus, & quicquid ad praefatas villas iure ac legitime pertinere videtur. Ita, ut quicquid ab hodierna die deinceps Abbatissa & sanctimonia- C
les foemina praefati monasterij inde facere voluerint, liberam ab omnibus perpetualiter habeant potestatem. Si vero persona qualibet posterorum nostrorum, quod minime credimus, hoc nostrae concessionis praecipuum irrumperere tentauerit, & immunitatis & electionis à nobis concessio scripto continetur, violandum decreuerit, omnipotentis Dei iram incurrere se nullo modo dubitet & coram iusto iudice in tremendo examinis die serationem inde redditurum minime ignoret. Et ut hac nostrae concessionis auctoritas &c. Ita Henricus Bodo Monachus Clusensis in Chronico Gandersheimensi mscr. Hinc igitur liquet quoque Ludgardam ea etate Ludouico Ludouici Germanici, non Arnulphi infanti filio nupsisse. Et haec supra inferenda, fuerant omissa. Vide errata. D

IX. Lapis



Topazius.

GERO